



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1624. usque ad annum 1627

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1778

VD18 90118863

§. 61. Rupellenses denuo navali prælio devicti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67369)

Angliæ Rege impetrasset, ut submissa Sæc. XVII.
 classe contra Rupellenses uti posset, A. C. 1625.
 Penningtonus tamen Architalassus
 re comperta in Angliam reversus est
 cum navibus suis; postquam vero rur-
 sus ex Angli Regis mandato sese Gal-
 lis jungere voluit, omnes Nautæ, ac
 remiges aufugerunt, declarantes, quod
 contra fratres suos arma capessere
 nollent.

§. LXI.

*Rupellenses denuo navali prælio
 devicti.*

Nihilominus Montmorantius pugnæ Gramond.
 impatiens Batavum militem pro- Hist. Gall.
 posita certa victoriæ spe, auroque libe- lib. 14.
 raliter profuso ad prælium incitabat, Monet. Ru-
 ac Hotenio ad pedes provolutus, mo- pell. capt.
 nitus, precibus & lacrimis tamdiu eun-
 dem fatigabat, donec una omnes Sa-
 cramento in pugnam adigerentur. Igi-
 tur Montmorantius prætoria vectus die
 decima quinta Septembris certamini
 initium facit, ingenti fragore reboat
 mare, mille quingentis belli tormentis
 una laxatis. Secundior hostibus, quam
 Regiis affluserat Auster, unde inimica
 classis Montmorantianam victoriæ jam
 cæptæ votis dejectam strenue insequen-
 batur: ast ipsa frustratione Martis Man-
 tium,

Hist. Eccles. Tom. LVIII.

Sæc. XVII. tium, ceterosque navium Regiarum
 A. C. 1625. Præfectos acrius inflamante, quasi si-
 gno dato, jactaque alea acrius certami-
 num exarsere studia: incumbit na-
 vis navi, pugnatur cominus, in mu-
 cronem stringitur mucro, tingitur cru-
 ore humano Oceanus, dum faucii utri-
 que undis absorbentur. Tum vero dis-
 splosa rursus tormenta, tunc pyrio fartu
 pulvere sclopi, tunc simul fumo, ful-
 gure nidoreque nitrato, cum horrendo
 fragorum tonitru ruptus, ac diversissi-
 mis clamoribus ac gemitibus confusus
 aer pugnantium animos accendat.
 Propellebantur a Regiis rebellium na-
 ves, hæ tamen protinus ardentiore
 congressu, nec minore roboris fiducia
 in hostem revolant, donec ad extre-
 mum Regia res superior esset, & incli-
 nata in vesperam die penes Montmo-
 rantium sine controversia staret summa
 victoriæ, disjecta inimica classe, ac
 milite nautisque partim faucis, partim
 labore & prælio exhaastis, ipsoque Su-
 bisio fuga dilapso. Rarescentibus postea
 ea ad diluculum umbris apparent duæ
 Subisianæ classis prætorix naves, qui-
 bus, cum disjectæ laceræque essent,
 tardior erat fuga: Butevillius igitur
 Montmorantiana e stirpe Vir generosus
 prælium ex improvise restaurat, ac
 grandinantes inter sclopos & tubos,
 inter-

interque volitantes grandioris plumbi Sæc. XVII.
 globos obfirmato ad vincendum animo A. C. 1625.
 Prætoriam, cui a Sancto Michaele no-
 men, post acre certamen deditioe car-
 pit: Pugna item in alteram prætoriam
 pertinax, atque iterata, demum vero
 in navem irrumpit regius miles, ju-
 bentur rebelles sese victorum arbitrio
 dedere: inde vero Durandus hujus Præ-
 toriæ Nauclerus in rabiem actus, pul-
 veris nitrati promptuario ignem subji-
 cit, & unacum navi & tormentis in
 aera raptatus perit. Priusquam vero
 ad hanc victoriæ summam ventum es-
 set, multa fuit devoranda globorum,
 flammæque tempestas, pluresque ex
 Regiis cecidere, quorum potissimi erant
 Gadencurtius Montmorantii Nepos,
 & Comes Valviridius, quorum poste-
 riorem ignis præcipitantior assatum dis-
 rupit, illum vero, dum a cymba in præ-
 toriam ascendere molitur, in frustra glo-
 bus æneus, tubo grandiore excussus
 discerperat.

Altera die Toyraffius hoste fugato
 in Martinianam arcem signa convertit,
 ubi Subifius novis suppetiis auctus,
 Regios ad pugnam provocabat, verum
 post acre utrinque certamen fusus, fu-
 gatus est, desideratis suorum plusquam
 mille ducentis. E Regiis tamen cæsi,
 aut undis submersi sunt nonnisi trecenti.

M 2

Postri-

Sæc. XVII. Postridie arx deditur, captaque In-
A. C. 1625. sula Rea Montmorantius arcem Olonæ
 Insulæ, quo Subisius cymbâ vectus
 confugerat, obsidet, & post brevem
 obsidionem Calvinistas præsidarios ac-
 cepta clade & Subisii fuga consternatos
 ad deditionem compellit. Denique
 Theminius in Fuxenses Rebelles mo-
 vens, rapido victoriarum cursu plures
 urbes oppidanorum metu magis, quam
 armorum violentia in Regis obsequium
 redegit, pagosque haud ignobiles Re-
 gio militi in transitu resistere ausos ex-
 pugnavit. Postea Asyli - Mansum ur-
 bem, quo sese rebelles obstinati rece-
 perant, admotis castris cinxit, tan-
 dem vero adversantibus solo & cælo
 obsidionem solvere coactus. Secundiore
 hac fortuna insolescentes Calvinistæ
 fæde vastarunt Fuxensem agrum, in-
 gentique præda onerati in Septimaniam
 inferiorem, non tamen sine magna suo-
 rum clade sese receperunt, Neaumen-
 ses quoque percepto successu ad Man-
 sum prospero, statim in apertam proru-
 pere rebellionem, & Rohanæum paulo
 ante repulsum, ovantes revocant. Ita
 Sectarii ex rerum eventu & fortuna fe-
 dem datam dimetiri solent.